


umica H  
aa. Neindii





L III 41.

Sp. XVIII.  
A-232



227588

11

לחיות הרקרוק

# GRAMMATICÆ HEBRÆÆ

LINGVÆ TABULÆ

succinctæ & breues, collectæ ex Erodematis clarissimi & do-

ctissimi viri

MICHAELIS NEANDRI  
SORAVIENSIS.

*Liber D. V. M.*

*in Henrichau*

*Sac. Ord.*

*Giffen*

*Palatino*

*inferior*

*bibliotheca*

*Anno 1729.*



Psal. 68.

בְּמִקְהֵלוֹת בָּרְכוּ אֱלֹהִים אֲרָצִי  
מִמְּקוֹר יִשְׂרָאֵל :



# SERIES EORVM, quæ hoc libello traduntur.

1. Prima pars, omnia quæ ad lectionem faciunt, continet.
2. Verborum perfectorum quatuor coniugationes, cum regulis necessarijs.
3. Nominum declinationes, motiones, comparationes, genera, numeros, & formationem nominum verbalium.
4. Affixa, & mutationum punctorum causas.
5. Officium atq; punctuationem quadrundam literarum seruilium.
6. Pronomina cum partibus nondeclinabilibus.



224588 I

# AD EBRÆÆ LINGVÆ STV. diosos adolescentes.

**M**ultorum benè doctè & eruditè  
Extant Grammatices boni libelli  
Congesti, facilis quibus nouellis  
Monstratur via adultioribusq;  
Sanctorum ad sacra, Christus inuolutus  
Auratis ubi fascijs resulget,  
Olim quem cecinit caterua Vatum.  
Haud laudem minimam puto merentur  
Hos inter, studio & labore magno,  
Quæ Zetemata doctus & disertus  
Congessit methodo optima Neander.  
Hoc verum facile & minus molestum  
Assuetis: scopolis iter refertum  
Durum, longius & nimis molestum,  
Cursus incipientibus videtur.  
Idcirco remoris procul remotis  
Ceu spectris, quibus ipsamet iuuentus  
Terretur, generaliora iussus  
Hinc excerpta breues ( ubiq; verbis  
Seruatis, methodoq; ) in has tabellas,  
Quas coram modo cernitis, redegi.  
Huc ergo iuuenes adeste, vero  
Qui lingvæ studio sacræ flagratis:  
Ad cunas via recta & expedita  
Vobis Immanuelis hîc parata est.

Hic primum gradiamini tenelli,  
 Quae restant, salebroſa quae putatis,  
 Progreſſi ſuperare ſic deinceps  
 Marte vel proprio breui poteſtis.

## AD EOSDEM.

ποίκιλα ὡς λαλιαὶ ἀκρόζονται καὶ πᾶσαν  
 γλῶτταν, οὕτως ἀνδρῶν ποίκιλος ἐστὶ νόθος.  
 ἀλλὰ πνεῦμα λαλουῦ θεῖον γλώσσας με-  
 γαλεῖα,  
 πίπτει ἅς συνάγῃ εἰς ἐνότητα νοούσ.  
 ἐθραϊκὴ ἢ τοῦ περὶ τῆς ἐν τῇσι λέλογχε,  
 λοιπῶν γὰρ πηγὴ καὶ κεφαλὴ πέλειται.  
 τῇτοδ' αὐτὴ βραχέως βιβλῶν στιχῶν δι-  
 δασκί,  
 πρὸς χρεῖς φάτιν δαίμνυν ἡ δὲ ὁδόν.  
 τόσσων ἀμφοτέρως αὐτῶν συλλαμβανέ  
 χερσὶν  
 ὦ μείζων ἀναγνὼς ἐν φρενὶ θεός τε τέη.

*Iohannes VVagenerius  
 Elrichensis.*

TA-



# TABVLARVM HEBRÆÆ LINÆ

guæ, prima pars.

## DE LITERIS.

Literæ Hebræorum sunt 22.

ה Lamed, l.	א Aleph, a e i o u.
מ Mem, m.	ב Beth, b u.
נ Nun, n.	ג Gimel, g gh.
ס Samech, f.	ד Daleth, d dh.
ע Ain, a e i o u.	ה He, h.
פ Pe, p ph.	ו Vau, u.
צ Zade, z.	ז Zain, z.
ק Kuph, k.	ח Heth, h, ch.
ר Res, r.	ט Teth, t.
ש Schin, sch.	י Iod, i.
ש Sin, f.	כ Caph, k ch.
ת Thau, t th.	

## DE PUNCTIS

seu vocalibus.

A 3

Voca

Vocales longæ.	{	ⴌ Cametz, a.
		ⴌ Zere, e.
		ⴌ Hirec magnū, i longum.
		ⴌ Holem, o.
		ⴌ Schurec, v.

Vocales breues.	{	ⴌ Pathah, a.
		ⴌ Sægol, æ.
		ⴌ Hirec paruum, i.
		ⴌ Kibuz, ū.
		ⴌ Scheua, e raptum.
		Et puncta composita
		ⴌ Hatephcamez, o breue.
{	ⴌ Hatephpatha, a.	
	ⴌ Hatephsægol, œ.	

# DIVISIONES LI-

TERARYM.

I.

Quinq

Quinq; literæ in principio & medio hac forma pingun- tur.	{	Caph כ	}	In fi-	{	ne ve-	{	ro sic.	{	ף ז ח ט
		Mem מ								
		Nun נ								
		Pe פ								
		Zade צ								

## II.

Literæ Alphabeti secundum  
quinque vocis organa, quorum ad-  
miniculo proferuntur, in quinque  
partes diuiduntur. Hinc vocantur

Alia	{	Labiales	{	in hanc vocem collectæ	{	בּוּמָה
		Palati				צִיבָק
		Linguales				דְּטָלָנָת
		Dentium				זִסְשָׁרֶץ
		gutturales				אֶחָחֶע

## III.

Alia sunt perpetuò essentia-  
les, seu vt Hebræi loquuntur radi-  
cales, hoc est, quæ thema seu radi-  
cem constituunt : & sunt in his vo-

A 4 cibus

cibus memoriae causa collectae :  
זָרַח וְחַט סֵעָף צָקָר .

Aliae undecim sunt seruales,  
quod scilicet seruiant tam verbis,  
quam nominibus, in constitutione  
temporum ; numerorum & gene-  
rum : & his vocibus comprehen-  
sae sunt אָב הוּי כָּלֶם נֶעֶר .

De literis אָהוּי .

Literae אָהוּי vocantur quie-  
scentes, quod scilicet quiescant, hoc  
est, non legantur, proprio puncto  
destitutae, exceptis י & ו : aut etiam  
in magnis vocalibus abscondan-  
tur. Eaedē in locis paragogicis ad-  
ijciuntur, & frequentissimè inter se  
commutantur.

Notio de ה & ע .

ה & ע in fine dictionis post qua-  
tuor ultimas vocales magnas ha-  
bent

bent sub se — pathah, pronuncian-  
turq̃ post suam vocalem, vt רוּחַ,  
יֹרֵעַ, שִׁיחַ, שְׁמוֹעַ.

## DE DAGES.

Dages est punctum in vene-  
tre literæ, hoc modo, בּ.

1. *Forte*, quod literam  
duplicat, hoc est, vnam in  
geminam diuidit, vt דִּבֶּר  
dibber, ac si essent duo בּ.  
Omnesq̃ literæ illud ad-  
mittunt, præter אהחער  
quæ reſciunt illud à se, &  
Dages addunt puncto breui,  
est duplex, quod ante dages esse de-  
plex. buerat, faciuntq̃ ex pun-  
cto breui, punctum lon-  
gum, vt בִּירָה pro בִּירָה.

2. *Leue*, quod literam  
fortificat, sed non gemi-

A 5 nat,



nat, Et habet locum in so-  
lis his sex literis כַּפֶּת בִּגְדֵי  
begad kephat : vel in ini-  
tio dictionis, nisi post lite-  
ras אֶהְיֶה, וְיִרְאֶשֶׁת : vel  
post lcheua quiescens, di-  
stinctiones, cola & com-  
mata, וְיִבְנֶה .

Proferuntur autem literæ בִּגְדֵי  
כַּפֶּת dupliciter,

Sine Dages		cum Dages.	
ב	} vt	בֿ	} vt
ג		גֿ	
ד		דֿ	
ה		הֿ	
ו		וֿ	
ז		זֿ	
ח		חֿ	

*Regula de Scheua, quando &  
quomodo legatur.*

1. In initio dictionis, vt מְלָכִים .
2. Quando Scheua sequitur gutturalis, vt מְלֶאכֶּה .
3. Post vocem magnam, vt שְׁמוֹנִים .
4. Sub litera mox geminata, vt הִלְלִי .
5. Sub litera notata Dages, vt דָּבָרִי .
6. In medio dictionis scheua geminato, prius quiescit, posterius legitur, vt תִּשְׁמְרוּ .
7. In fine quiescit vtrumq; , etiam præsente dages וַיִּשָּׁת .
8. Quando duo scheua ab initio dictionis concurrunt, tunc primum regulariter mutatur in hirec, vt לְמַלְכִּים pro לְמָלְכִים .

*De scheua composito.*

Literæ gutturales rarò simplex

plex seu purū scheua, sed ferè semper mixtū cum — aut — admittunt, præsertim ab initio dictionis, vbi hæc datur Regula: *Litera gutturalis hatephata, punctuat se & præcedentem, vt לעבדים pro לעבדים.*

## PARS ALTERA.

### DE VERBO.

**H**Ebræi tres habent partes orationis Nomen, Verbū & מלה, id est, dictionem consignificatiuā, sub qua partes non declinabiles comprehenduntur, & Pronomina.

#### *De radice seu themate.*

Hebræi radicem vocant, quod Græci thema, & Latini primitiuum: Et constat omne thema, tribus radicibus literis. Li-

Literæ verò radicales suum for-  
tiuntur nomen à verbo **העל** He-  
bræorum antiquo paradiſmate:  
& iuxta eius verbi literas omnium  
verborum & nominum deinde  
essentiales literæ appell'antur. Vo-  
catur autem prima radicalis Pe, al-  
tera Ain, tertia Lamed, eo ordine  
quo in **העל** ponuntur.

*De verborum ordinibus.*

Verborum ordines apud He-  
bræos sunt octo.

Primus est verborum perfectio-  
rum, hoc est, è quibus inter coniun-  
gendum nulla trium radicalium  
excidit, vt **בקר** visitauit, **שמר** cus-  
todiuit.

Secundus eorum quæ primam  
radicalem habent נ vel י, vt **ניש** ac-  
cessit, **יצב** stetit. Et dicuntur deficien-  
tia in Pe Nun, vel Pe lod,

Tertius

Tertius eorum, quorum prima radicalis est vel א vel י, vt יָשַׁב sedit, אָכַל comedit. Et dicuntur quiescentia in Pe Aleph, vel Pe Iod.

Quartus eorum, quorum media radicalis est ו Vau, vt קוּם surrexit, שׁוּב reuersus est. Et dicuntur quiescentia in Ain Vau.

Quintus eorum, quorum tertia est vel א vel ה, vt קָרָא clamauit, הִלָּף reuelauit. Et vocantur quiescentia in Lamed Aleph, vel Lamed He.

Sextus est verborum duplicatorum, quorum Ain & Lamed similes sunt, vt סָבַב circuiuit.

Septimus eorum, quæ primam radicalem habent נ deficiens, vel י vel א quiescens, & tertiam ה vel א quiescentes, vt נָשָׂא leuauit, נָכַר per-



percussit, יָרַח timuit, אָפַח pin-  
sivit.

Octauus eorum, quæ constant  
quatuor aut quinque radicalibus li-  
teris, vt כָּלֵךְ nutrit. Et quæ de  
verborum ordinibus iam dicta  
sunt, de nominibus similiter intel-  
ligi debent.

### *De Coniugationibus.*

Coniugationes sunt quatuor.

- |   |                                  |               |
|---|----------------------------------|---------------|
| 1. פָּעַל Paal  | } <i>cuius</i><br><i>Passiuū</i> | נִפְעַל Niph. |
| 2. פָּעַל Piel.                                       |                                  | פֻּעַל Pual.  |
| 3. הִפְעִיל Hiph.                                     |                                  | הִפְעַל Hop.  |
| 4. הִתְפַּעֵל Hithpael, actiua & passiu-<br>ua simul. |                                  |               |

### *Coniugatio prima.*

Prima coniugatio vocatur et-  
iam קָל, id est, leuis, quod nec gra-  
uetur puncto dage, nec ullam ha-  
beat

beat literam addititiam in fronte  
thematis: tum quoq̃ quod leuius  
significet, vt שִׁבַּר fregit, שִׁבַּר con-  
fregit, in Piel.

Verba hu-  
ius coniu-  
gationis  
sunt. { 1. Neutra & absoluta,  
quæ Hebræi stantia  
appellant, vt הִלַּךְ am-  
bulauit.  
2. Actiua seu transiti-  
ua, sed leuius significā-  
tia, vt שָׁמַר custodiuit.

Terminationes habet tres.

1. — Pathah } שָׁמַר custodiuit.  
2. .. Zere } vt חָפֵץ voluit.  
3. ם Holem } יָכוֹל potuit.

*Paradigma verbi perfecti pri-  
mæ Coniugationis.*

Præteritum, הִעָבַר.

Singu-

Plural.

Singul.

1 2 3

1 2 3

Masc. פֶּקַר פֶּקְרָה פֶּקְרֵי : פֶּקְרוּ פֶּקְרָתָם פֶּקְרָנוּ  
Foem. פֶּקְרָה פֶּקְרָתָה פֶּקְרָתָן :

Participium præsens.

הַפִּיקְוִי .

P.

S.

Ma. פֹּקֵר פֹּקְרִים :

P.

S.

Fœ. פֹּקְרָה vel פֹּקְרַת פֹּקְרוֹת :

Quorum vltima est ע vel ה ,  
in Benoni, Paul & Infinitiuo, post  
longam vocalem , – pathah ad-  
iungunt, vt פִּתַּח aperuit, פִּתְּחָה .

Participium præteritum.

הַפִּיעוּר .

M. פִּקְרוּ פִּקְרוּרִים : F. פִּקְרָה פִּקְרוֹת :

Tantum transitiva habent

B 10. Paul,

Paul, vt שמור custoditus. Neutra  
verò præsens collocant pro vtrō  
que, vt מת moriens & mortuus.

Infinitiuus המקור.

Absolutus מקור, cum literis qua-  
tuor בבלם.

במקור במקור למקור במקור :

*Regula de formatione  
Infinitiui.*

1 Holem interseritur inter me-  
diam & vltimam radicalem, &  
habet prima Infinitiui absoluti -  
camez : sed cum literis בבלם illud  
in scheua mutat, quod proprium  
possident tres literæ בבל. Sed quia  
duo scheua in initio concurrerent,  
mutant illud rursus in hirec.

2 Et valet vbiq; regula: Gut-  
turales amant scheua compositum,  
& punctuant se & præcedentem.

Quando

Quando itaque prima gutturalis  
habet vel —: hatephpathah, vel ::  
hatephsægol, vel —: hatephcamez,  
unc istæ tres literæ habent — pa-  
thah, vel :: sægol, vel — camez.

3. Littera מ Mem habet hirec,  
& dages sequenti imprimit, quod  
ן Nun abiectum ex præpositione  
ן designat. Quod si prima guttu-  
ralis non est eius capax, remittit  
dages ad hirec paruum, vt fiat ז-  
zere, vt מַעְבוֹר.

Imperatiuus רַצּוּנִי.

P.	S.	P.	S.
----	----	----	----

! פִּקּוּר פִּקְדוֹ F. פִּקְרִי פִּקּוּרָה M.

*Regule de formatione*

*Imperatiui.*

1. Prima radicalis masculina  
habet scheua. Si autem guttura-  
lis fuerit, scheua compositum, exi-

B 2 git,



git, vt אכול, & post alteram י. For-  
minina verò habet hirec, & scheua  
sub Ain, nisi gutturalis fuerit, quæ  
punctum compositum amat, vt  
שָׁחַרוּ, שָׁחַלִי.

2. Quorum vltima vel penul-  
tima est vel ה vel ע, in Imperatiuo  
& Futuro habent — pathah, vt  
שָׁמַע, שָׁלַח. Idem ferè faciunt  
Neutra, vt שָׁכַב.

Futurum הַעֲתִיר.

Plural.

Singul.

2 3 1 2 3 1

M. אֶפְקֹר יִפְקֹר תִּפְקֹר : נִפְקֹר יִפְקְרוּ תִּפְקְרוּ

F. תִּפְקֹר תִּפְקְרִי תִּפְקֹדְנָה :

Formatur ab Imperatiuo ad-  
ditis ad eundem literis אֵיתָן ethan,  
quæ Futuri personas constituunt.

Passivum primæ coniugatio-  
nis נִפְעַל Niphal.

Niphal

Niphal nomen suum habet אֵן  
Nun characteristicam, quæ super-  
addita est radici, vt נִפְקַר visitatus  
est.

1 Passiua, quæ pas-  
sionem suam ab agente  
aliquo recipiunt, vt  
שָׂרַף combussit, נִשְׂרַף  
combustus est.

Verba huius  
ius coniuga-  
tionis  
sunt

2 Quæ formam  
hanc habent passiuam,  
& tamen actiue signi-  
ficant, vt נִשְׁבַּע iura-  
uit, נִלָּחַם præliatus  
est.

3 Quæ cum acti-  
uam, tum passiuam  
habent formam, vna  
tamen significatione,  
vt נִכְסַף & כָּסַף desi-  
derauit.

B 3

Præte-

# Præteritum.

Plural.

Singul.

1 2 3

1 2 3

M. נִפְקַד נִפְקְדָה נִפְקְדוּ : נִפְקְדוּ נִפְקְדָה נִפְקְדוּ  
F. נִפְקְדָה נִפְקְדָה נִפְקְדָה : נִפְקְדָה

## Participium præsens.

P.

S.

M. נִפְקָד נִפְקָדִים

P.

S.

F. נִפְקְדָה vel נִפְקְדָה נִפְקְדוּ :

Participio passiuo Paul caret ,  
quia ipsa tota coniugatio est passiu-  
ua .

## Infinitiuus.

הִפְקֵד : הִפְקֵד הִפְקֵד לְהִפְקֵד מִהִפְקֵד :

## Regula de Infinitiui for- matione .

1. Litera נ Nun Præteriti abiij-  
citur, cuius defectus per dages for-  
te in Pe impletur,

2. Quan

2 Quando prima radicalis est gutturalis tunc ה He habet .. zere supplementum dages, quod gutturalis nunquam recipit, vt העוז.

3 Literæ בַּכֶּלֶם Bachlam scheua habent, excepto מ Mem, quod .. zere habet pro dages, quod non potuit poni in gutturali ה He, ac indicare ; Nun abiectum à præpositione מן.

Imperatiuus.

הַפְקֵר הַפְקְרוּ M. הַפְקֵרִי הַפְקִרְנָה F.

Futurum.

Plural.

Singul.

2 3 1 2 3 1

הַפְקֵר הַפְקֵר הַפְקֵר M. הַפְקֵר הַפְקֵר הַפְקֵר F.  
הַפְקֵר הַפְקֵר הַפְקֵר

Secunda Coniugatio.

פִּיעַר Piel.

B 4

Signa

Signa huius coniugationis sunt,  
 hirec sub prima, dages in secunda  
 & .. zere sub eadem, vt פָּקַד . Mu-  
 tatur tamen zere in quibusdam in  
 pathah, vt רָרַף persecutus est.

*Notio.*

Quando media non est dages-  
 fabilis, mutatur dages & vox par-  
 ua hirec more consueto in vocem  
 magnam, vt בָּרַךְ benedixit, בָּאֵר  
 explanauit. Sed in gutturalibus ra-  
 rò id obseruatur: nisi נ media ra-  
 dicalis fuerit.

Verba huius cōiugat.	{ 1 Quæ & in Kal & in Piel actiua sunt, sed hîc extendunt significa- tionem, vt אָכַל comedit, אָכַל immoderatè com- edit.
	{ 2 Quæ tantū in hac, & non Kal habentur, est עָ



est q̄ ipsorum significa-  
tio transitīua, vt אָזְנוֹ auri-  
bus percepit , אָפְתָּן apta-  
uit.

3 Quæ in Kal erant  
neutra, hic fiunt Actiua,  
vt הִלֵּךְ ambulauit, הִלֵּךְ  
fecit ambulare seu duxit.

### Præteritum.

Pural.			Singul.			
1	2	3	1	2	3	
פָּקְדוּם פָּקְדוֹתָם פָּקְדוּ			פָּקַד פָּקְדָה פָּקְדָתִי			Maf.
פָּקְדָתָן			פָּקְדָה פָּקְדָתָה			Fœ.

### Participium præsens.

	P.	S.	
:	מִפְקְדִים	מִפְקֵד	Maf.
P.		S	
:	מִפְקְדוֹת	מִפְקְדָה	Fœ.
	Paul.		
	B	5	Maf.

M. מִפְקֵר מִפְקְרִים :

F. מִפְקְרָה vel מִפְקֶרֶת מִפְקְרוֹת ;  
Infinitivus.

פִּקֵּר : בִּפְקֹר כִּפְקֹר לִפְקֹר מִפְקֹר  
Imperativus.

P. S. P. S.

M. פִּקֵּר פִּקְרוּ : F. פִּקְרִי פִקְרָה ;  
Futurum.

Plural.

Singul.

2 3 8 2 3 1

M. אֶפְקֹר יִפְקֹר תִּפְקֹר : נִפְקֹר יִפְקְרוּ תִּפְקְרוּ ;  
F. תִּפְקֹר תִּפְקְרִי תִּפְקְרָה

*Notio.*

Si media gutturalis fuerit vel ר  
Res in hac coniugatione, migrat  
dages ad vocem præcedentem bre-  
uem, & illam longam facit, in quo-  
cunq; tempore, vt בִּאֵר explanavit.  
In Benoni, מִבְּאֵר. In Paul, מְבוֹאֵר.  
In Infinitivo & Imperativo, בִּאֵר.  
In Fu

In Futuro, אֶכְיָר. Licet multa etiam sint, quæ seruent consuetam punctationem, etiamsi media sit indagescibilis, nisi quod dages abijciunt.

*Passivum secundæ Coniugationis.*

פָּעַל Pual.

Hæc coniugatio nomen habet à forma ipsa פָּעַל, quod signetur prima radicalis vel cum Kibuz, vel Hatephcamez, & imprimatur dages mediæ. Quando verò Ain non potest capere dages, conuertitur illud cum suo Kibuz in vau ho-lem, & interdum in Schiurec.

Verba huius coniugationis sunt tantum passiva, eiusq; usus est, ubi nomen agentis non exprimitur וַיִּכְלוּ הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ & perfecti sunt coeli & terra.

Præ

# Præteritum.

Plural.			Singular.		
1	2	3	1	2	3
: פִּקְרוּ פִּקְרְתֶּם פִּקְרְנוּ :			M. פִּקַּר פִּקְרַת פִּקְרְתִּי :		
פִּקְרְתֶּן :			F. פִּקְרָה פִּקְרַת		

Benoni.

P.

S.

Maf. פִּקַּר פִּקְרִים

P.

S.

Fœ. פִּקְרָה vel פִּקְרַת פִּקְרוּר :

Paul, & Imperatiuo caret.

Infinitivus פִּקֹּר , cum literis  
Bachlam non extat.

# Futurum.

Plural.			Singular.		
2	3	1	2	3	1
: תִּפְקְרוּ תִּפְקְרֶם תִּפְקְרוּ :			M. אֶפְקַר יִפְקַר תִּפְקַד :		
: תִּפְקְרֶנּוּ :			F. תִּפְקְרָה תִּפְקְרִי		

Con

## Coniugatio tertia.

הפעיל Hiphil.

Signa huius coniugationis sunt Prothesis ה cum Hirec, ante primam radicis, & epenthesis י Iod quiescentis inter secundam & tertiam radicalem.

Quando autem prima est gutturalis, tunc habet :: Hatephsægol, & ה :: sægol, id est, punctuat se & præcedentem, ut העתיק trans tulit.

1 Quæ in prima coniugatione Neutra, hîc fiunt transitiva, ut שכב iacuit, העשׂיב fecit iacere, seu posuit.

Verba huius  
Coniugatio-  
nis sunt.

2 Quæ in Kal trans-  
eunt ad duo, hîc autē ad  
tria, ut אכל comedit, pu-  
ta pa-

ta panem, **וַיַּעֲכִיר** fecit  
comedere te panem.

3. Quæ non inveniuntur in coniugatione Kal, & habent significationē kal, vt **הָשָׁכָה** mane surrexit, **הִשְׁלִיךְ** proiecit.


4. Quæ sunt Neutra, & in Kal, & ista coniugatione, vt קָרַב & הִקְרִיב accessit.

## Præteritum.

**Singul.**

$\overbrace{\quad\quad\quad}^{1 \quad 2 \quad 3}$   
 M. הפקיר הפקדת הפקדתי :  
 F. הפקידה הפקדת

### Plural.



הפקירו הפקדתם הפקדנו: M.  
 הפקדון F.

Benoni,

M. מ



P.

S.

P.

S.

M מפקיר מפקירים F מפקירה vel מפקרת מפקירות

Paul.

P.

S.

M. מופקר מופקרים :

P.

S.

F. מופקרה vel מופקרת מופקרה

Infinitivus.

הפקר : בהפקיר בהפקיר להפקיר מהפקיר :

Exit hic Infinitivus in -- zere, sed cum literis Bachlam semper habet hirec magnum.

Imperativus.

P.

S.

P.

S.

M. הפקר הפקירו : F הפקירי הפקירנה :

Exit in -- zere, vt Infinitivus : nisi admittat ad finem ה paragogicū, vel affixa, tunc enim in hirec longum definit, vt הקשיבה aduerte, הקריבה offer aurib. percipe, האזינה illud, Malach. i. Futu



Verba huius  
coniugatio-  
nis sunt.

2 Passiua, quæ à Kal  
transitiuis veniunt, quo-  
rum passio ad tria exten-  
ditur, vt הכרת מנחה ונסך  
exterminatum est sacrifici-  
um & libamen, Ioel. i.

## Præteritum.

### Singul.

1	2	3	
הִפְקַדְתִּי	הִפְקַדְתָּ	הִפְקַדְתָּ	M.
	הִפְקַדְתְּ	הִפְקַדְתְּ	F.

### Pluraliter.

1	2	3	
הִפְקַדְתֶּם	הִפְקַדְתֶּם	הִפְקַדְתֶּם	M.
	הִפְקַדְתֶּן	הִפְקַדְתֶּן	F.

Benoni, Paul & Imperatiuo  
caret.

Infinitiuus הִפְקִיד. Media zere  
vel pathah sibi substernit, tunc  
C præ



Verba huius  
coniugatio-  
nis sunt.

1 Reciproca, vt התפַּקֵּר  
visitauit seipsum.

2 Quæ in nulla alia,  
quam illa inueniuntur, vt  
התפַּלֵּל orauit, התחַנֵּן de-  
precaus est.

Præteritum.

1 2 3  
: התפַּקֵּר התפַּקְרָה התפַּקְרָתִּי M. }  
התפַּקְרָה התפַּקְרָתִּי F. } Singul.

: התפַּקְרוּ התפַּקְרְתֶּם התפַּקְרוּנוּ M. }  
התפַּקְרְתֶּם F. } Plural.

Benoni.

P.

S.

: מתפַּקֵּר מתפַּקְרִי M.

: מתפַּקְרָה vel מתפַּקְרָת מתפַּקְרוּת F.

Infinitiuus.

: התפַּקֵּר : בהתפַּקֵּר בהתפַּקֵּר להתפַּקֵּר מהתפַּקֵּר  
Imperatiuus.

: התפַּקֵּר התפַּקְרוּ F. התפַּקְרִי התפַּקְרִנָּה M.

Futurum

C 2

Singul.

: אֶתְּפַקֵּר יִתְּפַקֵּר תִּתְּפַקֵּר	M.	} Singul.
: תִּתְּפַקֵּר תִּתְּפַקְרִי	F.	
: נִתְּפַקֵּר יִתְּפַקְרוּ תִּתְּפַקְרוּ	M.	} Plural.
: תִּתְּפַקְרוּ	F.	

Quæ hæcenus de coniugationibus dicta sunt, tyronibus sufficiant. Ideoq; omisſis defectiuorum & quiescentium ordinibus, quæ ab huius ordinis regulis aliquo modo discedunt, adolescentes tantum hortor, vt propositum paradigma per quatuor coniugationes variatum, cum regulis & notionibus additis diligenter mandent memoriæ. His enim generalibus rectè cognitis reliqua quæ restant, ex ipsis Erotematis peti, breui temporis spacio & sine difficultate addisci possunt: tum quod illorum

non



non adeo multa sint, tum quoque  
quod ad inflectendi modum cum  
perfectis habeant communem: ni-  
si quod prima media vel vltima  
radicalis in quorundam tempo-  
rum formatione deficiat aut quie-  
scat. Quæ autem sint illa defecti-  
ua & quiescentia, ex supra compo-  
sitis singulorum ordinum descri-  
ptionibus notum esse debet.

## PARS TERTIA.

### DE NOMINE.

NOMINA non variantur de casu  
in casum, sed mutantur dunta-  
xat de singulari in pluralem. Nō  
nunquam tamen, sed non semper  
& constanter casus obliqui expri-  
muntur, præpositis quibusdam  
ministerialibus literis, inuariata ta-

men ipsius terminatione, in hunc  
modum :

verbum דְּבַר	}	verba דְּבָרִים	}
verbi דְּבָר		verborū דְּבָרִים	
verbo לְדָבַר	{	verbis לְדָבָרִים	{
verbū אֶת־דְּבַר		verba אֶת־דְּבָרִים	
ô verbū דְּבָר	{	ô verba דְּבָרִים	{
à verbo מִדְּבַר		à verbis מִדְּבָרִים	

*De Adiectiuo & Substantiuo, &  
nominum motione.*

Hebræi omne nomen quod-  
cunque mouetur de masculino gene-  
re in foemininum, vocant nomen  
formale, vt מֶלֶךְ rex, מַלְכָּה regina.  
אִישׁ vir, אִשָּׁה virago. Sic pura ad-  
iectiua, vt טוֹב bonus, טוֹבָה bona,  
גָּדוֹל magnus, גָּדוֹלָה magna.

*Regula de motione.*

I. Fœminina formantur à suis  
masculinis, adiectione tantum ad fi-  
nem

nem literæ ה, quæ ante se ך camez  
exigit, & mutata quandoq; initiali  
vocali, camez scilicet in scheua, &  
scegol in pathah, vt גְּרוּלָה, גְּרוּלָה  
מֶלֶךְ, מֶלֶכָה.

Participia tamen fœminina fre-  
quentius habent superadditam li-  
teram ה, quàm ה He.

2 In quinto ordine, vbi ה He  
est tertia radicalis, masculina desi-  
nunt in ך scegol, & fœminina in ך  
camez, vt יָפֶה pulcher, יָפָה pulchra.

3 Gentilia adiectiua masculina  
in י Iod exeuntia, terminant sua  
fœminina in ית, & pauca quædam  
in יה, vt יְהוּדִי Iudæus יְהוּדִית Iu-  
dæa.

### *Comparatio.*

Comparisonem nullam ha-  
bent, nisi comparatiuum & super-  
latiuū circumloquantur quarun-

dam particularum adiectione, in  
hunc modum :

טוב bonus.

טוב יותר magis bonus, id est,  
melior.

טוב מאד valde bonus, id est,  
optimus.

Frequentius tamen comparati-  
uum circumloquuntur per מן Min  
præpositionem, vt יוֹתָן הוּא טוֹב  
מִכִּיפָא, Iohannes est bonus præ  
Petro, id est, melior.

# GENERA NOMINVM.

Duo habent { Masculinum  
&  
genera. { Foemininum.

צָרָקָה הַ, vt præcedente הַ  
תַּפְּאֶרֶת הַ, vt præcedente הַ  
עֲבָרִית יֵת, vt præcedente יֵת, Hebræa.  
מַלְכוּת וְ, vt præcedente וְ, regnum.

Masculinum

Masculina his terminationibus  
exceptis in qualvis exeunt.

*Exceptiones.*

1. Quædam terminatione masculina, sunt foeminina, vt אֶרֶץ terra, אֵשׁ ignis, אֶבֶן lapis.

2. Quæ natura habent dualitatem in animalis corpore, sunt foeminina, vt עֵינַי oculus, רַגְלִי pes, יָדִי manus.

3 Nomina regionum & ciuitatum sunt foeminina, vt יְרוּשָׁלַם Ierusalem, מִצְרַיִם Aegyptus.

*Numerus pluralis.*

In plurali exeunt	{	Masculina in יִם, vt מַלְכִים מֶלֶךְ.
		Foeminina in וֹת, vt עֲטֻרוֹת עֲטָרָה.

*Exceptiones.*

1. Multa masculina in plurali  
C 5 desinunt.

definunt in וֹת, vt אָבוֹת patres, אִבֵּי.

2 Sic multa foeminina habent in plurali terminationem masculinam, vt נְמָלִים formicae, נְמָלָה.

3 Multa habentia formam masculinorum in singulari, plurale faciunt in וֹת, vt אֶרֶץ, אֶרְצוֹת terræ. חֶרֶב, חֶרְבוֹת gladij.

4 Quaedam etiam habent vtramq; terminationem pluralem, vt שָׁנָה & שָׁנִים annus שְׁנֹת & שָׁנִים.

5 Nomina dualitatem significantia dualem numerum faciunt in ים præcedente – pathah, vt רַגְלִים, רַגְלֵיִם duo pedes. Sic מֶלֶךְ rex, מְלָכִים duo reges, מְלָכִים multi reges.

6 Quaedam tantum inueniuntur in duali, vt שְׁמַיִם coeli, מַיִם aquæ, רַחִים molæ.

7 Quæ



7 Quædam tantum inueniuntur pluraliter, vt נְעוּרִים puericia, חַיִּים vita. Sicuti multa reperiuntur contrà tantum singularia, vt צֶאֱנָה aurum, עוֹפֶרֶת plumbum, צֶאֱנָה ouis & oues, שָׂרָה pecus.

8 Nomina specierum animalium sæpe in singulari numero capiuntur pluraliter, vt אָדָם homo & homines, בָּקָר bos & boues.

9 Quædam etiam aliena habent pluralia, vt אִישׁ vir, אִנְשִׁים viri, תְּשִׁים . Sic אִשָּׁה mulier, תְּשִׁים mulieris. בַּת filia, בָּנוֹת filia. Sed horum pauca sunt.

### *De nominibus verbalibus.*

Hebrei nomina sua verbalia formant, adiectione literarum הָאֵמְנָתִי Heamanthi, ad frontem vel calcem alicuius radicis, hoc modo.

ה.

1 He tantum vni nomini perfecto præponitur, vt הַשָּׁמַיִם auditus, Imperfectis verò sæpissimè, vt הַצֵּלָה defensio à נָצַל euasit.

He in fine  
ne aut.

Constituuit sex minimum genus, vt הַצֵּלָה.  
Est pars thematis, vt מִקְנֵה.  
Est hæmanticū, vt בְּחֵלָה.

א.

2 Aleph habet aut sægol, aut pathah, & tantum dictionem incipit, vt אֶצְבַּע digitus, אֶכְוִי mendax.

מ.

3 Mem superadditur in capite frequenter & punctuatur cum hissec, holcm & pathah, vt מִקְדָּשׁ sanctuarium, מִאֲכָל cibis.

In calce autem מ radici rarissimè adiicitur, vt שְׁלֹשׁ nudius tertius.

ב.

4 Nun initio proprijs nominibus conuenit, vt נמרוד . Aut in fine dictionis etiam alijs superadditur, vt שלטון potestas.

ה.

5 Thau superadditur nominibus à capite, vt תענוג voluptas, תלמיד discipulus.

Quædam admittunt ת utrinque, vt תפארת decor.

Quædam etiam admittunt illud tantum à calce, vt מלכות regnum, ופאות sanitas.

ו.

6 Iod verò præponitur alijs, quàm nominib. proprijs, vt יצחק . Inueniuntur tamen etiam ex appellatiuis quædam, vt ילקוט faccus, יגשון ulula . In fine autē gentilitiorum index est, vt יהודי Iudeus, עברי Hebræus,

P A R S

# PARS QVARTA.

DE MVTATIONE PVN-  
ctorum, in nominibus primò, de-  
inde & verbis.

Quatuor sunt causæ mutationis punctorum.	{	1	Regimen.
		2	Affixum.
		3	Pluralis nu- merus.
		4	Genus fœ- mininum.

Absolutus status est, qui post se  
non habet genitiuum casum, vt  
דָּבָר verbum.

Regimen verò vocant eum no-  
minis statum, quem sequitur ge-  
nitivus, vt אָבִי דָּבָר verbum patris  
mei: & obtinet hic status, in plura-  
li præsertim numero, grandem in  
punctis mutationem, hoc modo:

Abijci

Abijcit ם, assumpto = sub vlti-  
ma radicis, quiescente י lod signo  
pluralis numeri: & commutat vo-  
ces præcedentes magnas in sche-  
ua, vt דְּבָרִים verba, in statu abso-  
luto. In regimine verò sic דְּבָרַי  
verba, puta seu Petri seu Patris.

Affixa sunt pronomina quæ-  
dam, ita appellata, quod nun-  
quam inueniantur separatim, sed  
perpetuò fini dictionis adhære-  
scant, vt דְּבָרָו verbum eius. Facta  
autem sunt ex integris pronomini-  
bus, concisione tantum literarum,  
vt commodius cum fine aliarum  
vorum possint componi: & com-  
prehenduntur omnia in dictione  
הַכְנוּיִם +

TABEL

# TABELLA AF- fixorum.

		Sin.	Plu.		
Personæ	1.	יְ כִי	כִי	com.	Generis.
	2.	הָ	כֶּם	Mas.	
		הֶ	כֵּן	Fœm.	
	3.	וּ וְ הוּ הוּ	הֵם מוּ	Mas.	
		הֶה הֶה הֶה	הֵן וְ	Fœm.	

## VOCALIS MV- tabiles.

Vocales mutabi-  
les sunt quatuor. {  
 -- Camez.  
 -- Zere.  
 -- Soegol.  
 -- Holem.

*Primus Ordo nominum per-  
fectorum.*

Exem-



# Exemplum mutationis puncto- rū in nominibus, quę habent — — .

Masculinum.

Plural.		Singular.		Absol.	
verba דְּבָרִים		verbum דְּבַר			
Verba	patris דְּבָרֵי אָבִי	Verbum	patris דְּבַר אָבִי	Re.	
	mei.		mei		
	eius דְּבָרָיו 3		eius דְּבָרוֹ 3	} Af. M. Si.	
	tua דְּבָרֶיךָ 2		tuum דְּבָרְךָ 2		
	mea דְּבָרֵי 1		meum דְּבָרִי 1		
	eorum דְּבָרֵיהֶם 3		eorum דְּבָרֵם 3	} Af. M. Pl.	
	vestra דְּבָרֵיכֶם 2		vestr. דְּבָרְכֶם 2		
	nostra דְּבָרֵינוּ 1		nostrū דְּבָרֵנוּ 1		
	eius דְּבָרֶיךָ 3		eius דְּבָרְךָ 3	} Af. fœ. Si.	
	tua דְּבָרֶיךָ 2		tuum דְּבָרְךָ 2		
	mea דְּבָרֵי 1		meum דְּבָרִי 1		
earum דְּבָרֵיהֶן 3	earum דְּבָרֵן 3	} Af. fœ. Pl.			
vestra דְּבָרֵיכֶן 2	vestr. דְּבָרְכֶן 2				
nostra דְּבָרֵינוּ 1	nostr. דְּבָרֵנוּ 1				
		D		In	

In hoc exemplo obseruent adoleſcentes, quæ vocales tribuantur affixis, quæ etiam puncta poſideat tertia radicalis: eandem enim rationem obtinent, quodcunq; etiam nomen clauſerint.

*Regule de mutatione + camez.*

1 Omne + quod ponitur ſub prima nominis perfecti, tranſit in : ſcheua, quæcunq; etiam mutationis cauſa fuerit, & quælecunq; ſecundum punctum fuerit.

2 Secundo loco poſitum + camez, in ſingulari regimine ac duobus affixis כן, כם, conuertitur in pathah. In plurali autem regimine & quatuor affixis, כן, כם, הן, הם, mutatur in : ſcheua. Cætera autem omnia ſeruant + camez inuariatū.

3 Quoniam verò in regimine plurali, ac pronominibus כן, כם, הן, הם,

הֶן, הֶם, geminum scheua ponere-  
tur in principio dictionis, prius re-  
cepto more in hirec vertitur.

4 Quando vero prima aut me-  
dia radicalis est vel ע vel ה, muta-  
tur in regimine plurali primum  
scheua non in hirec, sed in – pa-  
thah, vt à הָכֵם sapiens, dicitur חֲכָמִי  
sapientes .

### *De mutatione .. Zere .*

1 Si primam sedem occupat ..  
zere, variat eodem modo, quo pri-  
mo loco + camez : si modò secun-  
dum punctum + camez fuerit,  
alioqui nunquam mutatur, vt  
שָׁכַר, regim. שְׁכָר, affix. שְׁכָרוּ, plu-  
ral. שְׁכָרִים, reg. &c. אֶפֶר  
humerales, reg. אֶפְרוּ, affix. &c.

2 Secundo loco si fuerit .. ze-

re, præcedente + camez, mutatur  
 vt secundum + camez in דָּבָר, vt  
 זָקֵן fenex, reg. זָקֵן, affix. זָקְנוּ, plur.  
 זָקְנִים, reg. זָקְנֵי.

3 Si verò secundam tenet.. zere,  
 re, non præcedente + camez, illud  
 vel seruat, vt in regimine singula-  
 ri, vel permutat in scheua, vt in  
 plurali & affixis, vt כֹּרֵם vinitor,  
 reg. כֹּרֵם, plur. כֹּרְמִים, affix.  
 כֹּרְמֵו. Vbi obseruabis  
 prius scheua, quod venit ex ..zere,  
 in tribus affixis דָּ, כָּם, כָּן, commu-  
 tari in ..ægol, ne duo scheua si-  
 mul legantur: prius quidem quod  
 venit ex ..zere, alterum verò quod  
 affixum præcedit.

*Forma quinque punctorum*

סֵפֶר.

1 Zere migrat in hirec, vt סֵפֶר  
 liber, reg. סֵפֶר, affix. סֵפְרוּ. Sic יֵשַׁע  
 salus,

salus, affix. יִשְׁעוֹ .

2 Incipientia autem ab ע vel ח,   
soegol ferè suscipiunt, vt עֵגֶל vitu-   
lus, affix. עֲגָלוֹ, reg. plur. עֲגָלָי .   
חֶלֶק pars, reg. חֲלָק, affix. חֲלָקוֹ .

3 Plurale fit vt illa, quibus ge-   
minum + camez, vt סְפָרִים, סֵפֶר :   
עֲגָלִים, עֵגֶל .

*De mutatione soegol, seu fore-   
ma sex punctorum .*

מֶלֶךְ, בֶּגֶד .

1 Quæ geminum habent . soe-   
gol, singularibus affixis, prius par-   
tim mutant in hirec, vt בֶּגֶד, vestis,   
partim in — pathah, vt מֶלֶךְ rex .   
At quæ primam habent guttural-   
lem, semper in — pathah, vt עֶבֶד .

2 Secundum autem soegol præ-   
sentibus affixis & in regimine plu-   
rali conuertunt in scheua ; numero

D 3 vero

verò plurali absoluto, & cū affixis  
leuibus in + camez hoc modo:

In pathah.

In hirec

עֶבֶר	מֶלֶךְ	בֶּגֶד	Absolu.
עֶבֶר	מֶלֶךְ	בֶּגֶד	Regim.
עֲבָדוּ	מַלְכוּ	בִּגְדוּ	Affixa.
עֲבָדִים	מַלְכִים	בִּגְדִים	Plurale.
עֲבָדִי	מַלְכִי	בִּגְדִי	Regim.
עֲבָדָיו	מַלְכוֹ	בִּגְדָיו	Affixa.

Idem faciunt quæ vel secunda  
vel viroque loco sortita sunt pa-  
thah, vt נֶעַר puer, reg. נֶעַר, affixa  
נֶעְרָו, plur. נֶעְרִים, reg. נֶעְרִי, affix.  
נֶעְרָיו. Sic זֶרַע semen, reg. זֶרַע, af-  
fix. זֶרְעוּ plur. זֶרְעִים, reg. זֶרְעִי, affixa  
זֶרְעָיו.

*Regula enim est:*

Geminum Soegol transit in  
gemi-



geminum pathah, quando media  
est gutturalis: & vltima gutturalis  
mutat præcedens Soegol in pa-  
thah.

*De mutatione Holem.*

אורח, אהל, קודש

1 Holem subsequente Soegol  
seu pathah in affixis & vtroque  
numero vertitur in ׀: hatephca-  
mez: & si penultima fuerit gut-  
turalis collocatur sub eadem ׀:,  
præcedente ׀ sub prima.

2 Regimen singulare nec hic,  
nec vbi sex puncta, nec vbi quinque  
vnquam mutatur.

אורח	אהל	קודש	Absol.
אורח	אהל	קודש	Reg.
אורחו	אהלו	קדשו	Affix.

D 4 Plur.

אֶחָדִים	אֶחָדִים	קֶדְשִׁים	Plur.
אֶחָדִים	אֶחָדִים	קֶדְשִׁי	Reg.
אֶחָדִים	אֶחָדִים	קֶדְשִׁיו	Affix.

*De nominibus Fœmininis, in  
ה exeuntibus.*

In ה He exeuntia, in regimine singulari & affixis ה perpetuo conuertunt in ת: & ultimū — camez, quod præcesserat ה, modò in — pathah commutant, modò retinent, pro iure huius puncti secundo loco positi. Plurale autem in ת terminans, ante affixa semper requirit י Iod, more pluralis numeri: & quibuscunque finiatur affixis, easdem habet vocales in primoribus literis, quod masculinum facere non potest,

Fœmi

# Fœmininum

Plur.

Sing.

Iusticiæ צדקות

Iusticia צדקה Absolu.

Dñi צדקות יהוה

Dñi צדקת יהוה Re.

eius צדקותיו 3

eius צדקתו 3 Af.

tuae צדקותיה 2

tua צדקתה 2 M.

meae צדקותי 1

mea צדקתי 1 Si.

corū צדקותיהם 3

eorum צדקתם 3 Af.

vestrae צדקותיהם 2

vestra צדקתכם 2 M.

nostre צדקותינו 1

nostra צדקתנו 1 Pl.

eius צדקותיה 3

eius צדקתה 3 Af.

tuae צדקותיה 2

tua צדקתה 2 fœ.

meae צדקותי 1

mea צדקתי 1 Si.

earū צדקותיהן 3

earum צדקתן 3 Af.

vestre צדקותיהן 2

vestra צדקתכן 2 fœ.

nostre צדקותינו 1

nostra צדקתנו 1 Pl.

Hæc forma צדקה, quia duo ca-

D

5

mez

mez habet, in omnibus tenetur le-  
gibus puncti camez : ideoq; in re-  
gimine vertitur primum in scheua  
& alterum in pathah, vt צִדְקָה :  
prima quoq; in hirec conuerſa, ne  
geminum ſcheua in initio dictionis  
existeret.

*Fœminina in ת Thau exeuntia.*

קטורת אֶדְרֶת

1 Neglectis primoribus ſylla-  
bis inſpicienda eſt in his nomini-  
bus ſemper cum penultima vlti-  
ma : quæ ſi cum nominibus ſex  
punctorum, ſeu nomine קִיּוֹשׁ con-  
ueniat, eadem erit variandi atq;  
mutandi puncta ratio, vt

קטורת, קטרתו : אֶדְרֶת, אֶדְרֶתוּ.

2 Quæ in calce gerunt ת Thau,  
præcedente vel ſchurec, vel hirec,  
in plurali habent lod mobile, vt  
מַלְכִּיּוֹת, גַּפְרִיּוֹת, רֵאשִׁיּוֹת.

*De*

## *De Affixis verborum.*

*Affixa ver-*  
*borum ab*  
*affixis no-*  
*minum dif-*  
*ferunt hoc*  
*modo.*

1 Affixa nominibus iuncta, semper significāt passionem quandam, vt עבדו seruus eius. Verbis vero indicant eum, in quem actio veluti in patientem transit, vt ביקרו visitauit eum.

2 Verba quibusdam affixis frequentius vtuntur quā nomina: cuiusmodi sunt בנה, הו, נה, נה, נה. Hæc enim nominibus nunquā reperiuntur iuncta propter הו & נה.

### *Regula de affixis verborum.*

1 Tantum actiua verba, & non passiua nec etiam absoluta admittunt affixa.

2 Ver

2 Verba mutant sua puncta fe-  
rè omnia, hoc est, camez primo lo-  
co vertitur in scheua, quæcuncq; et-  
iam accedant affixa: Item præsen-  
tibus כֵּן כָּם, secunda syllaba — pa-  
thah obtinet, quæ alioqui — ca-  
mez habet, similiter atq; in nomi-  
ne דָּבָר. Sic tertia fœminina פָּקְדָה,  
mutat ה H, in ת Thau, mutatis de-  
inde reliquis propè in omnibus ut  
צָרְקָה.

Tertia persona Præteriti  
singularis.

פָּקַד פָּקְדוּ vel פָּקְדָהוּ פָּקְדָה פָּקְדָהּ  
&c. פָּקְדָהּ

Secunda singularis.

פָּקַדְתָּ פָּקְדְתָּ vel פָּקְדְתָּהוּ פָּקְדְתָּהּ פָּקְדְתָּהָ  
&c. פָּקְדְתָּהּ

Prima singularis.

פָּקַדְתִּי פָּקְדְתִּי vel פָּקְדְתִּיהוּ פָּקְדְתִּיהָ &c.

Tertia



Tertia pluralis.

&c. פָּקְרוּ פְּקָרֵיהוּ פְּקָרוֹהָ פְּקָרוֹנִי פְּקָרוֹם

Secunda pluralis.

&c. פְּקַדְתֶּם פְּקַדְתוּהוּ פְּקַדְתוֹנִי פְּקַדְתוֹם

Prima pluralis.

&c. פְּקַדְנוּ פְּקַדְנוּהוּ פְּקַדְנוֹהָ פְּקַדְנוֹם

Tertia foeminina.

&c. פְּקַדְתָּ פְּקַדְתָּהוּ vel פְּקַדְתוּ פְּקַדְתָּהָ

Secunda foeminina.

פְּקַדְתְּ פְּקַדְתְּיוּ vel פְּקַדְתִּיהוּ

פְּקַדְתֶּן פְּקַדְתוּהוּ &c.

Secunda foeminina plural.

Cum adfunt affixa, perit & in hac & secunda plurali masculina

וּ & ן .

Benoni.

Mas. פּוֹקֵד פּוֹקְרוּ Foe. פּוֹקְדַת פּוֹקְדוּ

Sequitur per omnia morē masculinorum, mutatur ut מֵלֵךְ & כּוֹרֵם .

Paul.

פְּקִיד פְּקִידוּ . Mutatur = camez in schewa . Infinit

## Infinitiuus.

פִּקְרוּ פִּקְרִי פִּקֹּר Hatephcamez sub  
prima & scheua sub secunda. Pro-  
pter mediam tamen gutturalem  
sub eadem pro scheua simplici po-  
nitur compositum —: vt מִפְּקֹר.

## Imperatiuus.

פִּקְרִי פִּקְרוּ vel פִּקְרוּהוּ. Pri-  
ma Imperatiui mutat scheua in —:  
hatephcamez, perinde vt & Inf-  
nitiuus. Si autem exierit in — pa-  
thah, mutatur illud aduenientibus  
affixis in — camez, remanente sche-  
ua sub prima, vt גִּאֲרֵה redime,  
גִּאֲלֵהוּ.

## Futurum.

יִפְקֹר יִפְקְרוּ vel יִפְקְרוּהוּ יִפְקְרוּ  
יִגְאֵל יִגְאֵלוּ יִגְאֵלוּהוּ יִגְאֵלוּ:

## Piel.

יִפְקֹר יִפְקְרוּהוּ, פִּקְרֵה פִּקְרֵם

Zere

Zere sub altera radicali vertitur in scheua, & quandoq; in soe gol, sub כָּן, כֶּם, כֶּל.

Hiphil.

הִפְקִיר הִפְקִירָהוּ הִפְקִירָהוּ

Non mutatur in Hiphil prima syllaba, ex regula perpetuò firma :  
Scheua quiescens cum vocali præcedente, semper durat immobile.

## P A R S Q V I N T A.

*De officio atq; natura literarum.*

*Servilium כֶּשֶׁה וְכֶלֶב.*

Hæ septem literæ Hebræis vocantur literæ rei, quòd scilicet ad ipsam rem consignant, & præponuntur verbis & nominibus, quemadmodũ Latinis conjunctiones, præpositiones & adverbia.

Mem à fronte significat à vel  
ab. Est enim prima litera integræ  
præpositionis מן.

*Regule de eius pun-  
ctatione.*

1 מ punctatur cum hirec paruo,  
sequiturq; illud semper dages in se-  
quenti litera, propter defectum  
Nun præpositionis absolutæ, quæ  
est מן, מן שמים, & brevius משמים.

2 Quando venerit ante guttu-  
ralem vel ר res, tunc dages & hi-  
rec mutantur in equiualem vo-  
cem magnam .. zere, vt מארץ ex  
terra.

Schin valet relatiuum אשר, qui,  
quæ, quod, singulariter & plura-  
liter.

*Regula de eius puncta-  
tione.*

1 Schin punctatur frequentissi-  
mè cum  $\cdot$  scegol sequente dages,  
modò sequens eius sit capax, vt  
שְׁמַרְבָּרְאִי אֲנִי ego qui loquor.

2 Aliquando etiam punctatur  
cum  $\_$  pathah, vt עָרַשְׁתִּי עַד  
quo surrexi.

ח.

He à fronte additur nominibus  
emphaseos gratia vocatur הֵא  
הִירְיָעַר id est, He cognitionis seu  
demonstrationis, vt הִנֵּבִיא Pro-  
pheta ille.

*Regula de eius punctuatione.*

1 He punctuatur cum  $\_$  pathah,  
sequente dages in sequenti litera.

2 Quod si ea dages capere ne-  
quit, habet  $\cdot$  camez pro  $\_$  pathah.

E

3 Ante

3 Ante gutturales ה & ח mutatur pathah & dages in ך. soegol, seu purum pathah remoto dages, vt יהרים montes illi, מהינן mensura Hin.

4 A fronte ה He non raro est interrogatiua litera, punctatur ך tunc cum — Hatephpathah, vt הלא אני ארני an non ego Dominus? Et cum — pathah solo, ante litteram scheuatam & gutturalem, vt הברכה num benedictio? האיש num vir? Et cum soegol החכם num sapiens? ו.

Vau duplex est, Vau { חבור id est, coniunctiuum.  
הפוך id est, conuersiuum.

Vau חבור à principio est coniunctio copulatiua, vt וירגל, & pes.

*Regule de eius punctuatione.*

1 Regularis & genuina, ac frequentior



quentior punctuatio Vau Chib-  
bur, est scheua, vt וְעִיר & ciuitas.

2 Quando venit ad guttura-  
lem, tunc respondet illi in puncto,  
vt וְחִמּוּר, & asinus.

3 Quando venit ad literam  
scheuatam seu literas בִּימָה habet  
schurec, vt וּבֵית & domus, וּסְפָרִים  
& libri.

4 Ad י Iod scheuatum veniens,  
mutatur vtrunq; scheua in vnum  
hirec, vt וִיהוּדָה & Ichudah.

5 Ante nomen אֱלֹהִים habet -  
zere, destituito א Aleph omnibus  
suis punctis וְאֱלֹהִים & Deus.

6 Punctatur cum ׀ camez,  
quando coniungit duo nomina,  
quorum posterius est Millel, id  
est habens accentum in penultima  
חֶלֶב וְרֶשֶׁת, Ps. 63, vel cum coniungit  
dictiones paruas, vt קָח וְגִלְדָּךְ Gen. 12.

E 2 Vau

Vau וָו Hspuch in præteritis & futuris non tantum est copula, sed & præteritum in futurum & contra futurum in præteritum conuertere frequentissimè solet, וְשָׁמַר & custodiet, וְשָׁמַעַתָּה & alii dies.

*Vau hip-  
puch*

{ Aut conuertit præteritum in futurum, quando nullum aliud præteritum præcedit, putaturq; cum: schenach ut וְקָרָא & clamabit, Aut conuertit futurum in præteritum, putaturq; cum — patha posito dages in altero, ut וַיֹּאמֶר & dixit,

*Regula.*

Propter literas gutturales atq;

litteras בּוּמַפּה bumaph, quæ mutat  
 naturale punctum scheua, nihil de-  
 cedit officio literæ Vau, vt וּמַשְׁלֵתִי  
 & dominabor.

כ.

Caph à fronte est aduerbi-  
 um similitudinis, vt, sicut : כַּעֲם  
 כַּכֹּהֵן, sicut populus, sic sacerdos.  
 Item præpositio, secundum, iuxta :  
 כַּחֲסֵדְךָ secundum misericordiam  
 tuam.

ל

Lamed à  
 fronte ar-  
 ticulus est

{ Genitiui, vt מִזְמוֹר לְדָוִד,  
 Psalmus Davidis.  
 { Datiui, vt לְאָדָם homi-  
 ni.  
 { Accusatiui, vt הָרְגוּ לְאַבְנֵר  
 occiderunt Abner, 2.  
 Sam. 3.

ב.

Beth valet præpositionem In;  
 E 3 vel

vel Cum, vt בְּבֵית in domo, מֶלֶךְ  
cum rege.

*Regula de punctuatione literarum כִּלְב.*

1 Literæ כִּלְב punctuantur cum  
scheua frequentissimè.

2 Si literæ כִּלְב Caleb accesserint ad ה He Haiediah, extrudunt illud, atq; assumunt ipsius punctum, vt פֶּה־אֶרֶץ pro פֶּה־אֶרֶץ.

3 Ante gutturalem scheu composito notatam, habent se pathah, seu soegol, seu camez.

4 Quando præfiguntur nomini אֱלֹהִים aut In finituo אֱמֹר habent .. zere, destituto א omnibus suis punctis, vt בְּאֱלֹהִים cum Deo, לֵאמֹר ad dicendum.

5 Ante duo quoq; nomina diuina quiescentia primis literis, habent

bent pathah, vt לאֲרוֹנִי, Gene. 32.  
& בִּיהוֹנָה Num. 14. וְאֲרוֹנִי Jerem. 10.

## PARS SEXTA.

Continens Pronomina. & partes non declinabiles.

*De pronomibus separatis.*

Tria sunt pronomina  
declinabilia.  $\left\{ \begin{array}{l} \text{אֲנִי Ego.} \\ \text{אַתָּה Tu.} \\ \text{הוּא Ille.} \end{array} \right.$

Primæ personæ Com-  
mune.

Sin.	{	אֲנִי et אֲנִי	{	בָּחֲנוּ et אֲנִי
		שָׁלִי		שָׁלָנוּ
		לִי		לָנוּ
		אֹתִי		אֹתָנוּ
		מִנִּי & מִמֶּנִּי		מִמֶּנּוּ
	Plur.			

Secundæ personæ masculinum .

Sing.	{	אַתָּה	{	אַתָּם
		שֶׁלְךָ		שֵׁלְכֶם
		לְךָ et לָכָה Pl.		לָכֶם
		אוֹתָךְ et אוֹתְכָה		אַתְּכֶם
		מִמֶּךָ		מִמֶּכֶם & מִמָּכֶם

Secundæ personæ foemini-  
ninum .

Sin.	{	אַתְּ	{	אַתְּנָה & אַתָּן
		שֶׁלְךָ		שֵׁלְכֶן
		לְךָ Plur.		לְכָנָה & לָכֶן
		אוֹתְךָ		אַתְּכֶן
		מִמֶּךָ & מִמֶּךָ		מִמֶּכֶן

Tertiæ personæ ma-  
sculinum .

Sin.	{	הוּא	{	הֵמָּה & הֵם
		שֶׁלּוֹ		שֵׁלָהֶם
		לוֹ Plur.		לָמוֹ & לָהֶם
		אוֹתוֹ		אַתָּהֶם & אוֹתָם
		מִמֶּנּוּ		מִנָּהֶם & מֵהֶם

Tertiæ



# Tertiæ personæ fœmininum.

Sin.	{	היא & היא	Plur.	{	הנה & הנה
		שלה			שלהן
	{	לה		{	להן
		אותה			אתהן & אותן
	{	ממנה		{	מהן

Demonstratiua: Sing.	{	Mal. זה hic, iste.	P.	אל vel אלה
		Fœ. זאת, זו, זה.		
		Com. זו.		

Relatiuum vnum est אשר, vtriusque generis & numeri: & significat; Qui, quæ, quod.

Interrogatiua sunt tria vtriusque generis & numeri.	{	מה	{	de homine in- terrogat. de quacunq; re alia.
		מה		

## PRÆPOSITIO

N E S.

E ל ad,



heri, nudiustertius: **הֵרִי** heri: **בּוֹקֶר**  
manè: **שֶׁלֶשׁוֹם** vesperi: **עָרֵב** nudi-  
ustertius: **נָא** tunc, **עַתָּה** nunc:  
semper, quotidie: **עוֹד** adhuc:  
iam: **עַד** usq̄, id est, semper:  
quando: **כִּי** cum, **אֲשֶׁר** cum, **מִתִּי**  
mox.

Negandi: **לֹא**, **אֵין**, **בִּל**, **בְּלִי**,  
non.

Affirmandi: **כֵּן** sic: **אֲמָנָה** verè:  
certè.

Demonstrādi: **הִנֵּה** ecce.

Optandi: **לִי**, **לוֹ** vtinam:  
quis dabit, id est, **וְהָיָה**.

Hortandi seu obsecrandi: **אֵלֶּה**,  
**נָא**, **אֵלֶּה**, eia, age, quæso:

Ordinis: **עוֹד** adhuc, præterea:  
**אַחֵר** post, postea.

Interrogandi: **לָמָּה** nonne?  
**מָדָּם** cur? quare? **אֵיךְ** quo-  
modo? qualiter?

Simili.

Similitudinis : כמו quasi, tanq̃ :  
כן, כה, sic.

Qualitatis : רע : bene : טוב : male :  
אמת verè : ישר rectè : נכון : acquè :  
במהרה in festinatione, pro festinan-  
ter. Efferunt enim quandoque  
qualitatis aduerbium per substan-  
tium, cum litera seruii præposi-  
ta : במשפט in iudicio pro legitimè :  
בחקמה in sapientia, pro sapienter :  
ליבטח ad spem, pro confidenter :  
בבינה secundum intelligentiã, pro  
sapienter.

Quantitatis : הרבה, רב multum :  
זעיר : modicum : מעט parum :  
paululum.

Comparandi : יותר magis, plus,  
Vehementiæ : מאד valdè, ma-  
ximè.

Remissionis : מעט מעט sensim,  
Exod. 23, לעט lentè, paulatim.

Dubi-

Dubitandi : אוֹלֵי forsan : אִם an.

Separandi : לְבַד seorsim .

Congregandi : יַחַד simul , vna ,  
pariter .

Prohibendi : אַל ne : לֹא non .

Euentus : פֶּן ne forè .

Gentis : עִבְרִית Hebraicè : אֲרָמִית  
Syriacè .

	{	טוֹב benè.
<i>Aduerbia comparantur vt nomina</i>		טוֹב יוֹתֵר magis benè
		טוֹב מְאֹד valde benè.

## DE CONIUNCTIONE.

### *Potestates Coniunctionum.*

Copulatiua : וְ & : גַּם , אֶת etiam.

Disiunctiua : אִוֹ vel, aut.

Continuatiua : כִּי אִם sed.

Aduersatiua : אֶתְּ עַל-כֵּי quāuis.

Reddi

· Redditiua: עַל כֵּן.

Causalis: לִפְנֵי, לִפְנֵי, לִפְנֵי.

Rationalis: quia, quod: לְמַעַן vt:  
אֲשֶׁר, עֲקֵב, propterea, eò:  
quod.

## DE INTERIECTIONE.

### Significationes Interiectionum.

Dolentis: אָבוי, אֵי, אֹי, הֵי, הוּ, הוּי.  
va: אַה ah ah: אַח ah heu: הֵה  
heu.

Gaudentis: הֵאח euge.

Exclamantis: אֵי ô.

Admirantis: אֵיכָה, אֵיךְ quomo-  
do: אַן an:

Blandientis: אֵנָה, אֵנָה, אֵנָה obsecro.

F I N I S.

*Viteberga, excudebat Iohannes Crato 1575.*





# TABVLA CONIVGATIONVM

## EBRAICARVM.

F V T V R V M.		Imperat: צוה	Infinit: Macor.	Paul.	Benoni.	P R A E T E R I T V M.	
תשמור ושמור ושמור תשמורנה	תשמור ושמור אשמור תשמורי תשמור	שמור שמור אשמור שמורי תשמורנה	שמור בשמור בשמור לשמור משמור	שמור שמור שמור שמור שמור שמור	שמור שמור שמור שמור שמור שמור	שמור שמור שמור שמור שמור שמור	שמור שמור שמור שמור שמור שמור
<i>Niphal.</i>	<i>P</i>	<i>A S S I</i>	<i>V V M</i>	<i>C A L.</i>			
תשמור ושמור ושמור תשמורנה	תשמור ושמור אשמור תשמורי תשמור	תשמור תשמור השמור השמורי תשמורנה	caret.	caret.	ושמור ושמור ושמור ושמור ושמור ושמור	ושמור ושמור ושמור ושמור ושמור ושמור	ושמור ושמור ושמור ושמור ושמור ושמור
		<i>P</i>	<i>I</i>	<i>E</i>	<i>L</i>		
תשמור ושמור ושמור תשמורנה תשמורנה	תשמור ושמור אשמור תשמורי תשמור	שמור שמור אשמור שמורי תשמורנה	שמור בשמור משמור משמור	משמור משמור משמור משמור משמור משמור	משמור משמור משמור משמור משמור משמור	משמור משמור משמור משמור משמור משמור	משמור משמור משמור משמור משמור משמור
<i>Pual.</i>	<i>P</i>	<i>A S S I V V</i>	<i>M C O N I V</i>	<i>G A T I O N I S</i>	<i>S E C V N D A E.</i>		
תשמור ושמור ושמור תשמורנה	תשמור ושמור אשמור תשמורי תשמור	caret.	שמור	caret.	caret.	שמור שמור שמור שמור שמור שמור	שמור שמור שמור שמור שמור שמור
		<i>H</i>	<i>I P</i>	<i>H</i>	<i>I</i>	<i>L</i>	
תשמור ושמור ושמור תשמורנה	תשמור ושמור אשמור תשמורי תשמור	תשמור תשמור התשמור התשמורי תשמורנה	תשמור בתשמור התשמור התשמורי תשמורנה	תשמור בתשמור התשמור התשמורי תשמורנה	תשמור בתשמור התשמור התשמורי תשמורנה	תשמור בתשמור התשמור התשמורי תשמורנה	תשמור בתשמור התשמור התשמורי תשמורנה
<i>Hophal.</i>	<i>P A S S I</i>	<i>V V M C O N</i>	<i>I V G A T I</i>	<i>O N I S T E</i>	<i>R T I A E.</i>		
תשמור ושמור ושמור תשמורנה	תשמור ושמור אשמור תשמורי תשמור	caret.	caret.	caret.	caret.	תשמור תשמור תשמור תשמור תשמור תשמור	תשמור תשמור תשמור תשמור תשמור תשמור
		<i>H</i>	<i>I</i>	<i>H P</i>	<i>A</i>	<i>E L</i>	
תשמור ושמור ושמור תשמורנה	תשמור ושמור אשמור תשמורי תשמור	תשמור תשמור התשמור התשמורי תשמורנה	תשמור בתשמור התשמור התשמורי תשמורנה	caret.	תשמור תשמור תשמור תשמור תשמור תשמור	תשמור תשמור תשמור תשמור תשמור תשמור	תשמור תשמור תשמור תשמור תשמור תשמור



1 Kohl.  
80/1005.  
DJ





Śląska Biblioteka Publiczna

227588-

I

-227590

Rt.

Min. Ośw. 507a — PŁWS C850 X. 49

